UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

XI. De sagis, ariolantibus, peierantibus, &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

Visual Library

impune, impetrata tamen ab epiſcopo venia, aut eius vulneri medicinam, aut animo conſolationem adhibeat.

XI.

Sagæ, ariolantes mulierculæ, periurioſæ, peſtiferæ, & meretrices fœdæ, ac flagitioſæ, ſicubi deprehendantur, a finibus regni, vt pura & integra plebs ſit, relegentur, aut in regno, ni ab illa mente deſtiterint, & accumulatius compenſarint, male pereunto.

XII.

Si quis ſacris initiatus, incolave, in iis quæ ad fortunas, vitamve eius ſpectarint, decipiatur, tum ei nationis illius rex, aut ſatrapes & epiſcopus loco cognatorum, & patroni ſunto, ni is aliunde habuerit. Fraudator vero, prout feret maleficii ratio, Deo & regi ſatisfacito, aut graues, qui eſt regionis illius princeps, ſceleris admiſſi pœnas repetito.

Deſiderantur nonnulla.

CONCILIVM TROSLEIANVM

Anno Christi 909.

APVD TROSLEIVM IN PAGO SVESSONICO

ab Heriueo Rhemenſi archiepiſcopo, eiuſque ſuffraganeis celebratum die VI. Kalendas Iulias, anno Chriſti DCCCCIX. Sergii papæ III. anno II. Caroli Simplicis regis XVII.

TITVLI CAPITVLORVM.

I. *De honore & cultu eccleſiarum Dei.*
II. *De ſtatu regni, & fidelitate regis.*
III. *De regulari ſtatu iam pene collapſo.*
IV. *De ſacrilegis, & eorum damnatione.*
V. *De vexatione, & inhonoratione ſacerdotum.*
VI. *De dotibus & decimis eccleſiarum, & de cenſu pro eis non exigendo.*
VII. *De rapinis.*
VIII. *De raptis, & occultis nuptiis, & inceſtis.*
IX. *De acceſſu, & frequentatione, ac cohabitatione presbyterorum & clericorum cum feminis.*
X. *De fugiendo luxuriam.*
XI. *De periuriis cohibendis.*
XII. *De diſcordantibus, iracundis, & litigioſis.*
XIII. *De homicidis & mendacibus.*
XIV. *De non diripiendis eccleſiæ rebus defuncto epiſcopo.*
XV. *Epilogus ad epiſcopos, & generaliter ad omnes.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN